



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Titulus XXII. De collusionē detegenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

latione commissam fortitioni consueta, & simul aliquo signo caelesti visibili probata, ut sic Christus eos certificaret, se illis in ea electione adesse: & sicut praesens Apostolos elegerat immediate, ita & absens Judae successorem eligeret. Idque videntur postulasse Apostoli cum dixerunt: *Ostende quem elegeris*; non ut caderet fors super unum e duobus, sicut in caeteris fortibus solet evenire; sed ut suam manifestaret voluntatem aliquo speciali modo, hoc est visibili caelesti signo: & ita sortem illam fuisse consultoriam docuit Theophilus tom. 15. in heterocl. spirit. part. 1. punct. 4. Tandem Vera in cap. 1. *Aethiunum*, Laurentius Lustinianus in sermone de S. Mathia, Abulensis in cap. 7. *Iosue*, q. 41. asserunt illam sortem fuisse communem, ex usu & more veteris Testamenti acceptam ab Apostolis, quia licet jam lex vetus mortua esset, non tamen erat mortifera; & ideo Apostolos licite ea forte uti potuisse. Eos sequuntur D. Franc. Fernandez a Corduba in opusc. de vita & miraculis S. Mathiae, Pantoja in l. final. C. de aleator. num. 24. Sed omnes has sententias refellit Aravio d. disput. 3. de statu civili, 8. 5. num. 3. Tandem alii docuerunt, D. Mathiam me-

diatè electum fuisse ab Apostolis; immediate verò à Spiritu sancto, qui primum eum vocavit, & postea vocatum declaravit congregatio Apostolorum; sic enim Spiritus sanctus dixit: *Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos*. Et tunc congregatio erupit: *Tu Domine ostende quem elegeris ex his duobus*; & cecidit fors super Mathiam, & adnumeratus est cum undecim; id est suffragius electus: & ita eo casu duae electiones adfuerunt, altera fortis, seu voluntatis Dei; altera suffragiorum ipsorum Apostolorum. Non tamen adhibere Apostoli suffragia, ut rectè contra alios, praecipue Ribadeneira in vita S. Mathiae, statuit, & Lessius de justit. c. 53. num. 59. Apostoli enim dederunt sortes orantes Deum, ut sortes dirigeret, & ostenderet eo signo, quem ipse praelegisset: ubi autem cecidit fors super Mathiam, ipsi quoque elegerunt, ut facile ex Graeca versione patet. Itaque Deus elegit sanctum Mathiam, & Apostoli eundem elegerunt, partim consilio, & iudicio proprio; partim sortum auxilio, ut docuerunt Cellotius de hierach. eccles. lib. 7. c. 1. Cironius in parat. ad hunc tit. Bellarm. in apolog. contra Reg. Angl. cap. 13. fol. 202.

TITULUS XXII.

De collusione detegenda.

CAPUT PRIMUM.

Gregorius *Vniuersis Episc. a Corinth.*

Desiderii nostri est ad concordiam redigere discordes, & unitos esse in gratia eos, quos diuisos ab alterutra dilectione voluntatis fecit esse diuersitas. Scripta igitur fraternitatis vestrae regentes agnovimus, quod hi, qui contra ^b Hadrianum fratrem & Coepiscopum nostrum aliqua dixerant, modò cum eodem Episcopo in amicitiam conuenissent, & magna nobis ad praesens facta est de eorum vanitate latitia. Sed quoniam ea quae dicta sunt, indiscussa remanere non patimur, Sedis nostrae Diaconum ad ea investiganda dirigimus: quia nunciati nos facinoris qualitas vehementer impellit, ut ea, quae audiuimus, dissimulare nullatenus debeamus: praesertim cum accusatores, & accusatum inter se fecisse gratiam indicastis, hoc nobis necesse est subtilius percurtari, ne fortasse eorum sit comparata concordia: quae si, quod abiit, non ex charitate, sed ex praemio facta constiterit, majori hoc emendatione plectendum est. Nam nos, qui canonicè, revelante Deo, mala, si quidem vera sunt, refecare praecedentia festinamus, commissam postmodum culpam sine vindicta nulla ratione dimittimus.

NOTÆ.

I.

^a *Corinth.*) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 1. & post Concil. Lateran. p. 28. cap. 2. & in ipso registro epistolae. Divi Gregorii, lib. 2. indict. ii. epist. 38. ex quo literam textus transcribo. Corinthus urbs inter nobilissimas Graeciae numeratur, notissimaque est in Isthmo Peloponnesi: à Corintho Maratonis, velut Corinthis persuasum est, nomen accepit, teste Sirabone lib. 8. Ab Horatio, & Pru-

dentio Binaris appellata est, & ex eo quod ex arce, ejusque acro duo spectentur maria, Corinthus vocatur hinc Aegeum, inde Ionicum. Prius dicebatur, Ephyra. Plinius lib. 4. naturalis hist. cap. 4. Medio hoc intervallo, quod Isthmon appellavimus, applicata colli habitantur colonia Corinthus, antè Ephyra dicta. Cicero pro lege Manilia, orans, hanc urbem totius Graeciae lumen appellat: plura de Corintho notavit Aloix in notis ad vitam S. Dionysii Episcopi Corinthi, cap. 1. Eam Metropolitim ecclesiasticam fuisse constat ex subscriptionibus

libris epistolæ Synodice Episcoporum Achaie ad Leonem Imperatorem, p. 3. *Concil. Chalcedon.* ubi primo loco ejus Episcopus ita subscribit: *Petrus Episcopus Metropolis Corinthi.* Immo & temporibus Divi Gregorii Primatem fuisse, constat ex lib. 4. epistolæ ipsius, epist. 55. ubi præcipit Episcopus Helladis obedire Joanni Episcopo Corinthiorum, his verbis: *Pallium Joanni fratri nostro Corinthiorum Episcopo nos transmississe cognoscite, cui vos magnopere convenit obedire, præsertim cum sibi*

hoc & antiqua consuetudinis ordo defendat, & bona ejus, quibus ipsi testimonium perhiberis, invicent. Habebat ea provincia olim viginti sex Episcopatus, quos refert Carolus à sancto Paulo in *Geograph. sacra* lib. 8.

b *Hadrianum.*] Hadrianus hic fuit Thebanæ civitatis Episcopus, cujus meminit ipse D. Gregorius eod. lib. 2. epist. 6. & 7. Ex quibus transcripti sunt textus in cap. frater 52 16. quest. 1. cap. 2. de re judic.

CAPUT II.

a Idem.

Crimina semel audita indiscussa Gregorius nullo modo præteribat, etsi accusatus cum accusatore rediisset in gratiam.

NOTÆ.

nis Diaconi, qui scripsit vitam Sancti Gregorii anno Domini 873. in quatuor libris, in quibus res gestas ab ipso Gregorio accuratissime prosecutus est: & lib. 4. cap. 32. ut præsentem epistolam referret, caput illud inchoavit à verbis in præsentem relatis.

a *Idem.*] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 2. & Glossa in præsentem existimat, esse textum hunc Gregorii I. aut III. sed perperam, cum verba in præsentem relata sint Joan-

CAPUT III.

Alexand. III. a *Norwicens. Episcopo.*

Audivimus in Episcopatu tuo, & in aliis Episcopatibus Angliæ usque adeo clericorum b malitiam excrevisse, ut interdum inter se collusionem factam super beneficiis, quæ possident, se sustineant ab aliis c molestari, & postea ut d quaestioni cedatur, & iidem clerici beneficia quietè e possideant, quasi nomine f transactionis solvant aliis de ipsis beneficiis annuum g pensionem, ut post mortem eorum in beneficiis aliis, super quibus est inter eosdem clericos collusio facta, jus sibi h valeant vindicare. Unde quid tibi exinde faciendum sit, nos consulere voluisti: ideo f. r. p. A. l. p. m. quat. si quos clericorum tuæ i jurisdictionis per collusionem hujusmodi si autem k legitime tibi confiterit commisisse, eos beneficiis, super quibus collusum fuerit, non differas ap. rem. perpetuò l spoliare, quia satis esset indignum, & absolum, si fraus, & dolus, quem in præjudicium tui juris, & aliorum nituntur committere, in eorum non redundaret incommodum, & jacturam.

NOTÆ.

a *Norwicensi.*] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 3. & post Concil. Lateran. p. 28. cap. 12 sub tit. de pactis licitis & illicitis. De Norwicensi Angliæ diocesi egi in cap. 9. de rescript.

b *Malitia.*] Malitia, ut inquit Tullius lib. 3. de natura Deorum, est versutia, & fallens nocendit ratio, quæ quidem oritur ex dolo, & calliditate, l. 1. ff. de dolo, l. si quis alius 11. ff. quod metus causa l. ubi cogitur 8. ff. de edendo, l. servus 67. ff. de legat. 1. cap. ut circa 4. de elect. in 6. Unde cum clerici Anglicani variis fraudibus, & artibus dolosis intenderent beneficia ecclesiastica hereditaria reddere, ut notavi in tit. de filiis Presbyter. tandem eò pervenit ipsorum malitia, ut per collusionem aliud successionis genus circa ea inducerent. In collusionem datur summa malitia, quia adest dolus, ut Pontifex in præsentem ait. Facit lex 32. tit. 26. lib. 6. recopul. ibi: *Frande, ni co-*

lusion. Ad est enim fraus occulta animo circumveniendi, l. qui per collusionem 57. ff. de actionib. empti. l. ubi 8. §. sed cum lis, ff. de transact. Namque colludentes aliquo prætextu pravitatem suam fatagunt palliare, ut inquit Pontifex in cap. unie. in fine, ut ecclesiastica beneficia: & qui colludit, malignè facit, l. 4. in fine, C. de servis fugitivis.

c *Molestari.*] Fingendo scilicet, & supponendo lites super beneficiis, ubi non sunt; namque molestari, lites respicit, l. Aurelio 20. ff. de liberat. legat. inde molestus adversarius dicitur, qui litem intendit, l. 4. §. 1. ff. de alienatione judicij: solent enim aliqui spe collusionis lites fingere, l. cum tu 8. §. si cum lis ff. de transact. Ex his etiam verbis deducitur collusionem in præsentem casu factam fuisse in judicio, licet aliàs etiam extra iudicium committi soleat, ut in l. 7. §. Procurator, ff. pro emptore, l. Iulianus 13. §. si quis colludente, l. qui per collusionem 44. ff. de actionib. empti. sed ades 19. ff. locati, cap. præterea 8. cap. clerici 11. de censibus, ubi notavit Hostiensis,

d *Quaestio*

3. **d** *Questioni.*] Quæ erat, ut ait Anania hic, num. 1. de jure tituli, seu beneficii proprietate: idemque affirmat dicendum esse, si lis esset super iure præsentandi, vel eligendi. Quæstio enim controversiam, sive liem significat, l. 1. §. 1. C. ne de statu defunctor. l. Seia 73. ff. de evict. l. 1. & 2. C. de ordine judic. Verbum autem cedatur, significat translationem, sive diminutionem, l. vianum 14 §. ult. ff. de servo corrupto. Igitur horum verborum sensus est, quod petentes beneficium postea liti cedunt, seu renunciant per collusionem sub pacto annuæ pensionis, ut in l. si de communi 19. ff. si servitus vindicetur, ibi: Sed si per collusionem cessit litem adversario. Ita Panormitanus textum hunc accepit in casu positione. Hostiensis verò loco verbi cedatur, legit cedant; & ita accipit verba hæc, non ut petentes, sed ut possidentes cedant, hoc est ut recognoscant, quod petentes habent ius in ipsis beneficiis; & tamen pro bono pacis conventionem faciunt, quod ipsi possidentes teneant beneficia in vita sua, & in signum juris, quod actor habebat, solvant ei annuam pensionem. Sequitur ipsum Antonius num. 6. Illud certum est, quod ex hac causa cessionis pro bono pacis, & concordia, cessante collusione ritè pensio imponitur, cap. cum venisset 9. de restit. spol. probavi in cap. nisi essent, de præbendis.
4. **e** *Possideant.*] Ant. Augustin. & ex eo Glossa marginalis in præsentii affirmant, in vulgatis libris hæc verba ita haberi, idem clerici, qui beneficia quietè possident. Sed retinenda est præsens littera omnibus MSS. confona.
5. **f** *Quasi transactionis.*] Dictio quasi, improprietas denotat, & fictionem, l. sed si damnus 9 §. præterea, l. quotiens 47. §. ult. ff. de peculio, Barbosa de ditionibus, verbo Quasi. Unde cognoscitur, in præsentii casu verè, & propriè transactionem non intercessisse, sed per fictionem, videlicet per collusionem. Non tamen inde inferas à contrario sensu, pensionem ritè constitui posse cum vera transactione, quia id tantum verum est, cum iudicis auctoritate, ob bonum pacis, ut à lite discedatur, pensio constituitur, juxta tradita in cap. nisi essent, de præbendis.
6. **g** *Annua pensionem.*] Annua pensionis etiam mentio fit in cap. ad audientiam 31. de rescripte. cap. cum venisset 9. de restit. spol. cap. præterea 8. de censibus, cap. exstirpanda 30. §. ult. in fine, de præb. Pensio autem dicitur à verbo Pendo, scilicet quia pendet à beneficio formaliter, à quo extrahitur, sicut ususfructus à proprietate, cap. final. de pignoribus, cap. pensionis 16. q. 1. cap. quicumque 12. q. 2. Gigas de pensionibus q. 1. num. 2. Qua ratione etiam merces rei conductæ pensio appellatur, l. divorzio 8. §. non solum, ff. solut. matrim. l. Paula 27. §. Julianus, ff. de legat. 3. Et generaliter quidquid per certa tempora penditur, pensio dicitur, l. 3. §. si legatum, ff. de annuis legat. Lotherius de re beneficiar. lib. 1. q. 35. num. 12. annua verò dicitur, quia singulis annis pendi debet. Quæ de causa etiam annuum in genere neutro appellari posse, existimat Duarenus lib. 6. de sacris Eccles. cap. 4. exemplo veterum, quos ita crebrò loquutos fuisse constat ex l. Scio 10. §. uxori, l. si cui 14. l. Titia 19. §. qui merces, ff. de annuis legat. l. ex annuo 15. l. si stipulata 33. ff. de donat. inter, l. quidam 21. ff. de pact. dotal. l. 6. §. penul. ff. de pecul. legat. plura de his pensionibus, & earum origine agunt ultra Garciam, Ioannem Dartis, Adream, Valensem, Lotherium, & alios de beneficiis agentes: prosequuntur Duarenus de sacris Eccles. minist. lib. 6. cap. 4. Eneas Rubertus lib. 1. rer. judic. cap. 7.
- h** *Valent vindicare.*] Hoc enim intendebant clerici itè per collusionem, scilicet ut post mortem possessorum in beneficiis illis super quibus erat facta collusio, petitores litem interentes jus sibi valeret vindicare, non quidem successionis modo, quæ in beneficiis reprobata est, cap. 1. de præbendis, sed vindicando similia beneficia tanquam propria, pristino iure sua esse asserentes; hoc enim prædicta verba significant, l. non ideo 66. ff. de R. V. l. Quintus Mucius, §. qui legatum, ff. de auro & argenti, l. certum 6. §. sed si fraudum, ff. de conf. immo in præsentii casu si collusio non intercederet, non solum beneficiorum proprietatem vindicare, verum & eorum possessionem apprehendere poterant, cap. cum venisset 9. de restit. spol. collusione verò intercedente, non ita, quia tunc per fraudem & dolum via præcludebatur Episcopo, & aliis, ad quos eorum beneficiorum collatio, seu præsentatio pertinebat, quominus possent ea conferre, ut considerat Alexander in præsentii, illis verbis: Et fraus, & dolus, quem in præsentii ius juris, & aliorum nitentur committere. Notant Glossa in præsentii, verbo Spoliare. Anania num. 1. Hostiensis num. 2. Gigas de pensionibus, q. 42. num. 1. Aliquando inter alios fit collusio, ob quam Ecclesias, quas possident, non legitime faciunt censuales, ut post mortem ipsorum, eorum filii, vel nepotes præsententur. Quæ collusio eodem modo improbat in cap. cum clerici, de censibus; ac ea de qua in præsentii agitur.
- i** *Tua jurisdictionis.*] Eodem modo loquitur Pontifex in cap. clerici 6. de pact. & ea verba adiecit Pontifex, ne Episcopus Norvicensis crederet, quod cum in consultatione dixisset, alios clericos Angliæ prædicta collusione usos fuisse, in eos posset animadvertere virtute hujus rescripti; siquidem in eorum tantum jurisdictione ordinaria excitatur contra hujusmodi clericos.
- k** *Fraudem legitime tibi confiterit.*] Delictum enim collusionis non præsumitur, l. merito 51. ff. pro socio; & ideo qui asserit collusionem intervenisse, hoc probare debet, ut ex aliis affirmat Menochius lib. 5. de præsumpt. casu 26. num. 3. Eius autem probatio valde difficilis est, eo quod clam omnino, & occultè committi solet, cap. quanto 7. de divorziis. Qua de causa aliquando manet impunita, cap. super eo 5. de eo qui cognovit, con sanguin. Unde si suspicentur collusionem adesse illi quorum interest, ut liti assistant jus permittit, l. si suspecto 29. ff. de iustic. testam. l. si pro lutorio 14. ff. de appellat. cap. 1. in fine, de procurat. lib. 6. Clement. 4. vers. Sanè, de elect. Etiam hæc de causa collusio probari potest ex suspicionibus, conjecturis, & præsumptionibus, argumento legis qui autem 6. §. nunc similiter, ff. si quis omisit causa testam. cap. suscitata 6. de in integrum restit. cap. 1. de renunc. lib. 6. probant Anania in præsentii, num. 2. Barbosa num. 4. Aliquando ex qualitate personæ, l. 3. §. hoc interdictum, ff. de liber. hom. exhib. veluti si sit affinis, aut consanguinea. Menochius ubi proximè, num. 21. Aliquando ex ejus statu, veluti si in gravi infirmitate constitutus transactionem faciat, argumento in cap. 2. de renunc. lib. 6. l. filio meo 59. ff. solut. matrim. Anania hic num. 2. Item si negligenter se gessit in lite omittens probationem, appellationem, seu de jure suo

suo docere. *l. siferuus* 50. §. 1. & §. si quis ante, ff. de legat. 1. Prosequuntur alias collusionionis præsumptiones Anania in præfenti rubric. num. 4. Menochius d. præsumpt. 26. Barbofa hic, num. 4.

10. I Spoiliare) Consonant textus in cap. cum clericis 6. de pact. cap. cum clericis 11. de censibus, id est perpetuo privare, cap. ad falsariorum, de crimine falsi, cap. tue 11. de iurejur. Nec contrarium probat textus in cap. præterea, de censibus, si modò verbum *illusorie*, in eo accipias pro deceptione, non pro collusionione. Hujus pœnæ duplex ratio assignari valet: alia generalis, quam reddunt Glossa 1. hic, & Hostiensis num. 1. ne colludium

maneat impunitum, cap. si quem 1. g. 3. quâ ratione colludentes aliis pœnis afficiuntur, & detegentes collusionionem præmium consequuntur, ut in l. 1. & per totum ff. hoc tit. l. 8. §. 1. ff. de injus vocando l. 49. ff. de act. empti, l. sed adest 19. ff. locati, l. 8. §. 1. ff. mandati, l. 37. tit. 18. lib. 6. recopil. Alia ratio specialis assignatur ab Alexandro in finalibus verbis, in quibus illud notandum est, quod cum clerici succedere deberent, ex collusionione præjudicium fiebat Episcopo, ad quem ipse beneficii collatio spectabat; & etiam patrono, ad quem præsentatio pertinebat. Unde transactio in eorum præjudicium sustineri nequibat.

CAPUT IV.

Gregor. IX. ^a Barenfi Archiepiscopo, & fratri Ioseph. monacho Floren.

IN tantum clamor, qui ascendit contra ^b Acherontinum Archiepiscopum, invalescit, quod dissimulare ipsum ulterius sine scandalo non volumus, nec sine periculo tolerare. Et infra: Licet autem Sedes Ap. frequentibus clamoribus excitata, inquisitionem quorundam excessuum suorum duxerit committendam; propter ^c tergiversationes tamen ipsius (ut dicitur) eodem cum inquisitoribus, & examinadoribus colludente, necnon corruptis testibus, & inquisitoribus, ac examinadoribus supradictis, non solum prædicti excessus remanserunt hæctenus incorrupti, verum etiam peiora prioribus committere non expavit. Et infra: Discretionem vestram mandamus, quatenus si de hujusmodi collusionione, ac corruptione constiterit, ex integro super præmissis & aliis, alioquin super novis dumtaxat inquiratis, quæ videritis inquirenda.

NOTÆ.

^a Barenfi.) Cum Registro epistolarum Gregorii IX. careamus, integram hanc epistolam dare non possumus. De Barenfi diocesi jam nonnulla adduxi in cap. 16. de temp. ordin. & de Monasterio Florensi egi in cap. 2. de summa Trinit.

^b Acherontinum.) De Acherontina diocesi nonnulla notavi in cap. 1.

^c Tergiversationes.) De tergiversatoribus, & eorum pœnis egi in cap. licet, de accusat.

Morla in empot. tit. de transact. in prælud. num. 47. Mastrillus de Magistrat. lib. 6. cap. 9. Anguianus lib. 2. de legibus, cap. 7. nu. 10. Carpovius qq. crimin. 9. 48. Ant. Matthæus de crimin. ad l. transigere, C. de transact. num. 7.

Sed hæc assertio difficilis redditur sequenti juris consideratione. Judicis sententia absolutoria adeo tollit crimen, ut semper obstat quominus alius eundem reum repetere possit, *l. ingenuum tradita* 25. ff. de statu hominum, l. si cui 7. §. iisdem, ff. de assertio. accusat. late probavi in cap. de his, de accusat. Igitur etsi per collusionem sententia lata sit, amplius de eo crimine agi non potest. Augetur primò hæc dubitandi ratio ex eo, nam ignoscendum est ei, qui qualiterqualiter sanguinem suum redemptum voluit, *l. 1. ff. de bonis eor. qui ante sent.* Igitur compositione facta cum accusatore, accusatus, qui hoc modo sanguinem suum redemit, accusari, vel inquiri de eodem delicto non potest. Augetur secundò hæc difficultas ex eo, nam abolitione sopitur crimen *l. 1. C. de generali abolit.* Igitur multò magis compositione facta cum accusatore crimen extinguitur. Tandem augetur eadem difficultas ex eo, nam transactio non minorem auctoritatem habet, quàm res iudicata, *l. non minorem* 20. C. de transact. l. 2. ff. de iurejur. sed per sententiam absolutoriam omnino tollitur crimen, ut proximè probavi: igitur & transactio omnino tollitur.

Quâ dubitandi ratione non obstante vera est præfens assertio, pro cuius expositione sciendum est, verbo collusionionis frequenter uti utriusque juris conditores, ut constat ex juris locis supra adductis, in quibus aliquando appellatur collusio, ut in *l. si procuratorem* 8. §. 1. ff. mandati: aliquando colludium, cap. si quem pœnstuerit, 2. qu. 3. Majoranus in novel. de Episc. judic. Marcellinus lib. 18. tit.

COMMENTARIUM.

1. EX hoc textu, & ex cap. 1. & 2. hoc tit. sequens deducitur assertio: Absolutio de criminibus illatis per collusionem facta, etiam præcedente parium transactio, non impedit iudicem punire, & inquirere idem delictum. Probat eam textus in l. 1. C. de advocat. divers. judic. l. 7. C. quando provocare, l. 1. §. prævaricatorem, ff. ad Turpil. l. 4. l. Imperatores 24. l. ejus qui 29. ff. de jure fisci, l. 3. §. sitamen, ff. de libero homin. exhib. l. eum qui 30. §. in popularibus, de iurejur. l. 3. l. 4. §. ult. l. adulter. 19. §. final. l. quicumque 31. l. quascum 40. final. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. minor. 18. §. 1. ff. de minor. l. 7. §. si dolo, ff. de dolo l. ita demum 31. ff. de recept. arbitr. l. 11. C. de accusat. l. 1. ff. de prævaricator. l. 4. §. iisdem, de accusat. l. denunciasset 17. §. quaritur, ff. ad leg. Jul. de adult. l. 1. C. si adversus fscum, lib. 10. l. servo 65. §. cum Prator. ff. ad Trebel. l. si Prator. 65. vers. Marcellus, ff. de iudiciis, l. 1. ff. de bonis eorum, cap. licet, vers. Cum igitur, de simon. Illustrant ultra congestos à Barbofa in præfenti, Gamma decis. 53. Duarens ad tit. ff. de prævaricator, Martinus Deltio in l. transigere, num. 58. C. de transact. Covarr. lib. 2. var. cap. 10. num. 5.

tit. 30. Symmachus lib. 1. epist. 86 & lib. 3. epist. 52. & lib. 4. epist. 20. & 50. & lib. 10. epist. 35. in edito Theodorici, cap. 114. notavit Savarus ad Sidorium lib. 1. epist. 2. verbo *Colludium*. Et collusio ita communiter definitur, ut sit, *inter actorem, & reum fraudulenta, & latens conventio*. Sylvester verbo *Collusio*, Gigas, de pensionibus q. 42. num. 3. vel ut inquit Cujacius, & Gothofredus ad tit. ff. de collus. detegend. collusio est sub specie litis lusus, metaphorâ sumptâ à rebus ludicris, ut cum quidam non jure, armisq; contendunt, sed leviter, & ludicrè. Virgilius ad res inanes, & frivolas vocem hanc transtulit lib. 1. Georgic.

Aut summâ, nantes in qua colludere plumas.

Unde teste Hothomano de verbis juris, colludere dicuntur, qui quod ex animo facere videntur, id dissimulatè, & fictè agunt inter se, aliorum sensibus illudentes. Unde collusio dicitur fictio in l. 1. §. accusantur, ff. ad Syllan. & colludentes lutoricè agere in l. si servus 50. §. 1. ff. de legat. 1. seu proflatorio judicio, l. si proflatorio 19. ff. de appellat. ubi notavit Gothofredus, Alciatus lib. 4. parerg. cap. 24. Inde est, quod collusio etiam vocatur illusio, cap. preterea 8. de censibus, Clement. 1. de renunc. quamvis in Concilio Lateran. ex quo transcriptus est textus in d. cap. preterea, loco verbi *Lusione*, legatur *collusione*, quod magis placet Antonio Augustino. Sed nihilominus verbum *illusione*, extat in prima collectione, & illud agnoscunt Innocentius & Hostiensis ibi num. 7. Ex eadem ratione prævaricatores, qui translative munere accusandi defunguntur, proprias probationes dissimulando, & falsas rei excusationes admittendo, dicuntur colludere in l. 1. §. prævaricatorum ff. ad Turpil. 7. §. penult. ff. de dolo, l. 3. ff. ad leg. Jul. de adult.

4. Per collusionem gesta infirmantur.

Deinde sciendum est, per collusionem gesta rescindi, & infirmari, veluti sententia, quâ quis cum esset servus, vel libertus, per collusionem cum domino, vel patrono factam, fuit ingenuus pronuntiatus, ut constat ex l. 1. §. per totum. ff. hoc tit. ad quam speciem spectant textus in l. 1. §. 2. ff. de jure aureor. annul. l. qui de libertate 29. §. ult. ff. de liberali causa, l. 2. §. final. ff. si libertus ingenuus, l. Divi 27. ff. de liber. caus. quo casu perinde inefficax est sententia, ac si nulla res judicata intervenisset, l. cum non justo 3. ff. hoc tit. l. Præses 5. C. de pignor. Covar. practicar. cap. 23. num. 5. Tiraquel. de nobilit. cap. 37. num. 4. Faber lib. 19. conjecl. cap. 4. Item & casu, quo hæres ab eo, qui de inofficio agebat per collusionem in fraudem legatariorum, vel libertatum, victus fuit, quia tunc licet legatariis, & illis quibus libertas relicta est, causam agere apud judicem, qui de testamento cognoscit, vel ex rescripto Divi Pii appellare, ut sententia rescindatur, l. à sententia 5. si hæres, l. si proflatorio 14. ff. de appellat. l. si suspecta 27. ff. de inoffic. testam. l. si servus 50. §. si quis ante ff. de legat. 1. l. si hæres 19. C. de testamentar. manumiss. Et generaliter sententia per collusionem prolata non præjudicat, l. Arianus 27. C. de liber. causa, l. Præses 5. C. de pignor. ubi Cujacius exponit legem penultimam, ff. de re judic. l. 4. §. item si emptor, ff. de appellat. l. 3. ff. de pignor. l. quamvis 19. C. ad leg. Jul. de adulter. l. si pariter 9. ff. de liber. causa l. si creditores, ff. de privileg. credit. l. Paulus 29. ff. de procurat. l. si cum uno 22. ff. de except. rei judic. l. 12. C. de testament. manumiss.

inuncta l. 2. Cod. si quis omisâ causâ, l. 7. §. procurator, ff. pro emptore l. 1. §. 4. ff. ad Syllan. Illustrant Cujacius lib. 2. observ. cap. 7. & lib. 16. cap. 32. & lib. 20. 99. Papin. in l. 3. ff. de pignor. Valentia com. 2. illustr. tract. de re judic. Item quando adest collusio, in contractu emptionis, rescinditur venditio per in integrum restitutionem, l. si res 44. ff. de minor. l. ultim. Cod. si adversus fiscum: vel propter dolum, & fraudem datur actio, l. Julianus 12. §. si quis colludente, l. qui per collusionem 49. ff. de action. empti, l. sed adde 19. ff. locati, l. si procuratorem 8. §. 1. ff. mandati, l. §. eleganter, §. dolo, ff. de dolo, l. qui fundum 7. §. procurator, ff. pro emptore, l. final. ff. si vendit. pignor. agatur, l. 3. Cod. de jure fisci l. 7. Cod. de distract. pignor. l. 27. Cod. de evict. l. si quis 34. ff. de procurat. docent Cujac. in l. 7. §. si dolo, ff. de dolo. Faber lib. 12. conjecl. cap. 10. Donellus in l. 2. Cod. si propter public. pensit. Similiter juriurandum delatum per collusionem non obstat, l. eum qui 30. §. in popularibus, ff. de jurejur.

His suppositis apparet jam ratio præsentis assertionis, nam cum sententia per collusionem prolata nulla sit, qui mediante collusione obtinuit sententiam absolutoriam in crimine, quod verè perpetraverat, denud accusari potest, & super eodem delicto inquiri, quoniam talis absolutio fuit fraudulenter obrepta, cap. si quem poeniteret 2. quæst. 3. ne ex malitia sua commodum reporter, contra legem 1. ff. de dolo. Accedit, quod delicta undecunque claruerint, sunt punienda, cap. ecce 24. quæst. 3. quia interest Reipublicæ delicta nocentium non manere impunita. l. 5. ff. de pact. dot. l. juris 7. §. si paciscar, ff. de pact. l. ita vulneratus 51. §. assimilatio, ff. ad leg. Aquil. l. 9. §. quod illicitè ff. de public. iudic. Manerent autem impunita, si collusione factâ inter accusatorem, & accusatum non liceret iudici super eisdem criminibus inquirere. Deinde nam licet jure civili super delictis capitalibus liceret transigere, l. transigere, Cod. de transact. tamen cum jure canonico delicta capitalia non sint, cum Ecclesia pœnam sanguinis non irroget, ut probavi in cap. sententiam, ne clericis, vel monachi, cap. 1. de calumn. transigi de delictis non potest, ut probat Padilla in d. l. transigere, num. 36. Didacus Perez in l. 2. tit. 15. lib. 8. ordin. Valeron. de transact. lib. 3. cap. 5. num. 32. Igitur non obstante compositione, seu transactione factâ inter accusatorem, & accusatum, iterum iudex inquirere potest super eodem delicto. Deinde, nam licet jure communi attentio, conventionne factâ inter accusatorem, & accusatum non possit iudex pio vindicta publica pœnam ordinariam infligere, l. 22. tit. 1. partit. 7. potest tamen extraordinariam imponere, ut probat Valeron d. l. quæst. 5. num. 11. Unde rectè in præsentibus docetur, collusione factâ inter accusatorem, & accusatum, etiam præcedente transactione posse iudicem super eodem delicto inquirere. Huic rationi adjungenda sunt alia, quæ adduxi in cap. de his, de accusat. ubi de hac absoluteione per collusionem factâ expouit difficultia loca Suetonii, & Hermogenis.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa, deducta ex l. 7. §. iisdem, ff. de accusat. Nam principium illud procedit quando sententia ritè, & vultur legitime prolata est; non verò per collusionem, dissimulatâ compositione inter accusatorem, & accusatum. Nec obstat augmentum ipsius difficultatis deductum ex leg. 1. ff. de bon. eorum, quia

quia verum est, ignoscendam esse ei, qui sanguinem suum redemptum voluit. Sed hoc procedit ne ex Senatusconsulto pro convicto habeatur, non vero ut à pena omnino immunis sit, *l. ult. ff. de praev. Nec obstat argumentum deductum ex exequatione sententiae, & transactionis, quia licet verum sit in pluribus exaequari transactionem rei iudicatam, quia neutra remerè rescindi potest; etiam certum est, non in omnibus comparari cum de criminibus capitalibus judicari possit, transigi vero non possit. Unde quid mirum, quod sententia iudicis tollat crimen, non autem transactio, ut docuit Ant. Matthæus de crimin. ad tit. 48 Digestor. tit. 19 cap. 7. num. 7. Nec obstat, quod de abolitione dicebamus, quia verum est abolitione crimen sopiti, ut probavi in *dist. cap. de his, de accusat.* non autem perimi. Unde similiter licet transactione sopitum sit crimen quoad transigentem, tamen quoad alios non perimitur, unde formari potest inquisitio à iudice ex officio.*

nupta adversus omnes securitatem. Ex quibus expressè deducitur, post sententiam absolutoriam per collusionem prolatam, non licere super eodem crimine amplius agere. Igitur non rectè in præsentem docetur, post sententiam absolutoriam per collusionem prolatam licere iudici super eodem delicto inquirere. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, textum illum specialiter procedere in adulterio, in quo cum propriè, & peculiariter accusatio competat marito, ideo si adulter accusatus per collusionem absolutus sit, non potest adultera, dum nupta est, accusari: quod facilius procedit hodiè attento jure nostro Regio, cum adeo proprium sit mariti hoc crimen vindicare, ut nulli alij competat jus accusandi, nec iudici ex officio procedenti, *l. 3. tit. 7. lib. 4. fori, Avendanno respons. 24. n. 6. P. Barbosa in l. 2. ff. solut. mar. crim. num. 113. Gomez in l. 30. Tauri, num. 49. Cypycius L. atro decis. 121. num. 17. nisi adulterium adeò notorium sit, ut magnum scandalum in populo generetur, quia tunc iudex contra adulterum procedere valet suppressis nominibus adultera, & ejus mariti, ne foederetur connubium, ut praxi receptum se vidisse testatur Valeron *dist. q. 5. n. 20.**

7. Sed supra tradita assertioni aperte opponitur *Exponit. textus in l. adulter 19 § final. ff. ad leg. Int. de adult.* in illis verbis: *Proinde si per collusionem cum adultero, zero confiteri ei; fuerit quo absolutus, dedit mulieri*

TITULUS XXIII.

De delictis puerorum.

CAPUT PRIMUM.

Gregorius.

Pueris grandiuſculis^b peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab annis xiv. cum e pubescere cœperint; quod meritò crederemus, si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis verò audeat affirmare, d furta, mendacia, f perjuria non esse peccata? At his plena est g puerilis ætas, quamvis non in eis ita, ut in majoribus punienda videantur.

NOTÆ.

1. **G**regorius.] In prima collectione, *sub hoc tit. cap. 1.* legitur tantum *Augustinus*, nullibi tamen exprimitur, cujus Gregorii, vel Augustini sit præfens textus, nec ubi reperitur, ut jam notavit Ant. Augustinus in *presenti*. Existimabam aliquando utramque inscriptionem retinendam esse, legique debere *Gregorius Augustino*, ut in *cap. 1. de majorit. & obed. cap. 1. dist. 5.* Et ita in præsentem proponi responsum D. Gregorii Magni ad consultationem Augustini Anglorum Episcopi, licet illud non extet inter responsa ipsius Gregorii, quæ extant ad calcem epistolatum ipsius, de quibus jam nonnulla adduxi in *dist. cap. 1. de majorit.*

2. **b** Peccatum.] Peccatum definitur à Gratiano in *sine 15. quest. 1.* voluntas retinendi, vel confitendi quod iustitia vetat, & unde liberum est abstineri. Covarr in *cap. alina, 1. part. §. 10. n. 10. de sent. excom. ait:* Est averſio à Deo, & conversio ad creaturas. Unde dicitur in *cfinal. de prescript. quod omne quod non est ex fide, peccatum est; hoc est ex conscientia.* In præsentem peccatum omne delictum significat, juxta rubricam ibi, *de delictis.* DD. Gonzal. in *Decretal. Tom. V.*

at delictum communiter privatam tantum noxant significat, scilicet qua privatim quisquis læditur, veluti per furtum, mendacium, perjurium, injuriam, & cætera similia: in quo differt à crimine, quia criminis appellatione capitalis fraus intelligitur, quæ Respublica læditur, veluti homicidium, falsitas, adulterium, & similia: quæ differentia indicatur aperte, in *l. quis sit fugitivus, §. noxas, ff. de adilit. edit. l. aliud 13. in fine, ff. de V. S.* Hac ratione in Pandectis titulus de privatis delictis secernitur à titulo de extraordin. crimin. & à titulo de publico judic. Aliquando tamen hæc duo confunduntur, & crimen significat privatam delictum, *l. 1. §. ult. ff. de penis: & delictum etiam pro crimine ponitur in l. 1. ff. de legibus, dicta, aliud §. 1. & hoc modo sumitur in præsentem textu, in quo agitur de delictis carnis, de furto, & perjurio: & in *cap. 1. 49. dist. cap. exigunt 18. 1. quest. 7. cap. 3. 16. quest. 3. cap. quod quidam 97. §. si curi. quest. 1. cap. olim 14. vers. Quod si alias, de priv. regul. l. delictum 76. de R. I. lib. 6. cum 19. 23. quest. 4.**

c Pubescere.] De pubertate, tam virotum, quam feminarum, regi in *cap. 2. de respons. impub.* L I d Furta.]